



Universitätsbibliothek Paderborn

Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1710

18. Dies Februarii. Inter medios ignium globos, damnata natura dat
pabulum, & accipit incrementum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45477

18. DIES FEBRUARII.

Inter medios ignium globos, damnata natura dat pabulum, & accipit incrementum. *Eusebius Emissæ.*

Ignis. I. **S**uperest intet sensus, Tactus, sensus brutalissimus, latissimè patens, & ideo maximè patiens. In tactu itaque pœnarum sensus est, hic tormentorum compedium simul, & cùmulus, sic totus Tartarus videtur contractus, & comprehensus: nisi contra mavis dicere per universam Tartari vastitatem, hic sensus ad dolorem, ita est dilatatus, ut sicut ubique ignis, ubique flamina, ubique sulphur accensum, sic ubique tactus, & usque quaque crucietur. Itaque à planta pedis, usque ad verticem capitis, non tantum totus erit igneus, sed quasi ignis. Porro tactus sensui blandietur ignis tam atrox, ac violentus, ut punto temporis possit animas ex corporibus ab ipere, omni membrorum temperie dissoluta, nisi Divina Potentia illas ibi retineret invitatas. Imo tanta est illius ignis vehementia, ut unica, ea que minima illius ignis scintilla possit totum corpus in momento uno redigere in cineres, & favillas. Quid erit quando totum corpus; piscis instar, immergit erit, & natabit per stagnum ignis, & sulphuris?

II. Igitur Anima impotens erumpendi è suo carcere, quem undique obsidebit incendium, torrebitur intus, & stridore dentium, diroque ululatu

februm prodet magnitudinem dolorum. Ibid illigati
sum assuetum plumæ molliculæ, tenuissimoque
no, & manus tactibus impudicis, totum denique
pus inconcessis voluptatibus mancipatum, di-
experientia, vere tunc sœva magistra, quām con-
caro, hic lenocinari nimium carni. Quale erit
tormentum ubi damnatus suo corpori ignis dan-
bulum, & inde accipit ignis incrementum. De-
igne ad terrorem sœvè differit Chrysostomus.
ignis fluvium, atque pelagus intrudetur, pelagu-
transibile atque magnitudine acerbissimum, in-
ignei fluctus, montium instar eriguntur. Accedi-
cumulum pœnæ, quod corpora damnatorum, p
Judicium futura sint maximè infirma, & supra
nem modum ac fidem sensitiva, ut loquuntur Phi-
sophi, ut etiam ex minimo tormento, maximum pe-
cepturi sint cruciatum: unus morsus culicis plus
los cruciabit, quām hic cadentis forcipis. Graviora
dolorem adferet solus contactus, quām nunc
percussio, vel flagellatio gravissima. Imò eru-
adè sensibilia, ut levissimus etiam contactus
nius capilli, majorem iis dolorem allaturus sit
quam si in hoc mundo vivi igne cremarentur.

III. Quid ad hæc dicis, dum hæc legis? quid co-
gitas? Quid tibi de igne illo inextinguibili viderit?
Si in lecto cygneis plumis molliter strato decum-
bens, morte gravius autumas insomne nocte
ducere, ob levem quām tibi adfert molestiam; si tan-
impatienter tardantem aurorum expectas, quid face-
res si lecto ignito ferreis catenis, iisque cadentibus
illigati?

[a] Serm. de gehenna.

Febru Februar.

Tessera.

133

Ibid illigatus essem per perpetuò vigilans & in tam diuturnæ,
moqu & tædiosæ noctis caligine, nulla aut auroræ aut solis
nique venturi spes tibi affulgeret. Si adeò mollis, & delicata-
n , d es, ut muscæ unius, aut calicis, vel pulicis puncti-
m con unculam non possis sustinere; si triduana febris, aut
e erit exigu temporis hemicrania ita te turbet, & exagitet,
uis dan ut querulis aëra vocibus fatiges, quo pacto ardores
n. Dei sempiternos perferes? Certè si oporteret te per om-
us. [A] nem æternitatem sustinere pœnam; quam tibi infer-
elagm ret minima ignis nostri scintillula, ut eam evaderes,
, in conferres te ad desertum, ut in aliquo spæleo inter
Accedit preces, & vigilias, & jejunia, summaque austерitate,
rum, p extate tranligeres, licet ad centum annos vitam es-
upra on propagaturus. Cur modo non abstines ab his, & illis
ur Phil delictis, propter quæ aliquando audies, ex supremi
num pe Judicis ore; I maledicte in ignem æternum! vel nul-
is plus lam habes fidem, vel amisisti mentem, adeoque es
ravioe vel Hæreticus, vel plane stolidus, qui tantas prævi-
nunc dens pœnas, non studiosius declinas culpas. Insi-
mò eru deat menti hoc metrum:

Sunt ibi pro lignis, homines miseri, cibus ignis.

19. DIES FEBRUARII.

Æternæ civitatis januas nobis desperatio
claudit. *Isidorus de nom. bon. l.2.*

Despera-
tio.

I. **S**Emel clausâ januâ æternæ ci-
vitatis, sequitur desperatio ob-
tinendæ salutis. Illius, ja-
nuæ cardines, nullæ convellunt machinæ, illius

I 3

teras